

## V. Der Neuhof bei Leihgestern.

Von Professor Dr. Freiherr G. von der Nopp.

Der Abdruck der nachfolgenden Urkunde war bereits früher in Aussicht genommen, vgl. Mitth. d. Oberhess. Gesch.-Ver. 1, S. 48, ließ sich jedoch aus verschiedenen Gründen nicht eher bewerstelligen.

Der jetzige Besitzer des Neuhofs, Herr Müller, hat mir das Original durch Vermittelung des Herrn Prof. Buchner freundlichst zur Verfügung gestellt, und ich lasse den vollständigen Text um so lieber hier folgen, als es der in der *Atschr. f. d. Landwirthsch. Vereine d. Großherzogthums Hessen*, Jahrg. 16 (1846) S. 298 ff., mitgetheilten Uebersetzung an Fehlern nicht mangelt — auch das Jahr ist falsch angegeben — und die jüngeren, die Rechtsverhältnisse des Neuhofs regelnden Urkunden von 1356, deren Originale gleichfalls noch heute auf dem Gute aufbewahrt werden, bei Wyß, *Hess. Urk.* 2, 926 u. 931, unverkürzt abgedruckt sind. Ein Vergleich der Urkunden gewährt uns einen lehrreichen Einblick in die Entwicklung der Pachtverhältnisse im 14. Jahrh.

Der Neuhof wurde 1230 von dem Propst Albero von Schiffenberg erbaut und im Laufe der Zeit erheblich vergrößert. Das letztere veranlaßte jedoch sowohl mannigfache Zwistigkeiten mit der Gemeinde Leihgestern, welche bereits 1235 begannen, als auch die Aufgabe des Eigenbetriebs durch das Kloster. Indessen wurde der Neuhof, im Gegensatz zu der zuerst 1241 auf andern Klostergütern eingeführten Erbleihe\*), nach unserer Urkunde auf Zeit verpachtet, später dagegen, nachdem Schiffenberg an den Deutschordnen gelangt war, von diesem verlandsiedelt\*\*). Wir haben mithin hier auf engstem Gebiet alle drei seit dem 13. Jahrhundert neuauftretenden Landnutzungsformen nebeneinander. Vgl. dazu außer der S. 86 angeführten Schrift von Heldmann die Abhandlung von Nagel: „Zur Gesch. d. Grundbesitzes und des Credits in den oberhess. Städten“ im 3. Jahresber. d. Oberhess. Vereins f. Lokalgesch. S. 16—34. Auch die eingehenden Bestimmungen über Pachtabgaben, Lasten und Auflagen, Besserungs- und Erfüllpflicht u. s. w., verdienen alle Beachtung; sie finden sich in den Urkunden nicht allzu häufig so detaillirt aufgezählt. Vergleicht man aber die Festsetzungen von 1306 mit den Vorschriften der Urkunde von 1356, so ergiebt sich eine ganz geringfügige Verschärfung der Pachtbedingungen, unter Wegfall jedoch des Besthaupts. Beides entspricht der günstigeren Lage des Landsiedlers gegenüber der des Zeitpächters. Kleinere Abweichungen, wie die Verdoppelung der Fläche für Leinaussaat unter gleichzeitiger Verringerung der Fläche für Wicken, oder die Erhöhung der Eierabgabe von 40 auf 400 Stück unter Fortfall der Henlieferung, werden wir auf Veränderungen im Betriebe der Wirthschaft zurückzuführen haben.

\*) Guden, Cod. dipl. Mog. 2 S. 82.

\*\*) In Wyß 2 n. 732 v. J. 1343 erklärt Henkel Bischer, daß er 6 Jahre als Landsiedler auf dem Neuhof gesessen, und ebenso übernehmen in n. 931 v. J. 1356 zwei Leute das Gut zu Landsiedelrecht.

Propst und Konvent von Schifffenberg urkunden über die auf zwölf Jahre erfolgte Verpachtung ihres Hofs in Leihgester an Konrad und Hermann v. Aldendorf. — 1306 Dec. 31.

Prepositus et conventus canonicorum regularium ecclesie in Schyffenberg tenore presentium profitemur, quod, sana deliberatione inter nos prehabita, concessimus et concedimus curtim nostram in villa Letgesteren sitam, cum omnibus campis suis sive agris ex antiquo pertinentibus ad eandem, Cunrado filio Cunradi et Hermanno filio Strubonis de Aldendorf a festo kathedre sancti Petri proxime futuro annis duodecim possidendam, tali condicione adjecta, quod presentabunt seu presentari facient nobis annuatim infra unum miliare in quemcumque locum decreverimus infra nativitatis beate Marie virginis et sancti Michaelis festa medietatem omnium fructuum, qui fieri possunt et debent campis omnibus in predictis, cum mensura Wetflariensi, suis laboribus et expensis. Et uterque ipsorum dabit duos anseres et<sup>\*)</sup> duos pullos, et pullos duos carnispriviales; exceptis dumtaxat duobus jugeribus que pro ficiis<sup>\*\*)</sup> seminandis sibi specialiter reservabunt. Addicimus quod quivis ipsorum duas metretas lini<sup>\*\*\*)</sup> annis singulis suo tempore seminabit. Concessimus, inquam, cum pratis infrascriptis, videlicet pratum quod vulgariter dicitur *die preide wiese*, et duo prata que dicuntur *in deme vorste*, cum prato quod dicitur *in deme Linder velde*. Presertim decimatoribus dabunt plaustrum feni<sup>†</sup>) pro decima curti de predicta. Elapso quoque duodecim annorum spacio memorato curtis eadem vacabit, quam iidem, C. et H., eodem modo, statu et circumstantiis consimilibus, quibus exstitit tempore concessionis sibi facte, resignabunt nobis liberaliter et solute. Immo, si medio tempore morte decederent, quod absit, nobis et ecclesie nostre optimalia dare et solvere tenebuntur. Insuper dictos agros nostros ad predictam curtim pertinentes procurabunt in fossatis innovandis, quociens et quando necessitas requirit et visum fuerit expedire. Et si forte de novo contingerint propter necessitatem legitimam curti vel agris imminentem fossata fieri, nos cum ipsis labores faciemus insimul et expensas. Preterea statuimus et addicimus supradictis, quod si dicti agri propter ipsorum negligenciam permanerent inculti, nos pro usibus et nostra portione fructus recipiemus in parte saniori, contradictione aliqua non obstante. Ceterum si contigerit et necesse fuerit tectum vel sepem<sup>††</sup>) aut talium aliquid in ea curti construi de marca estimatum, hoc annuatim suis construent laboribus et expensis. Si vero majoris precii et laboris fuerint aliqua de novo

<sup>\*)</sup> et duos pullos über der Zeile nachgetragen. Dr.

<sup>\*\*) Widen.</sup>

<sup>\*\*\*)</sup> Flachs, Lein.

<sup>†)</sup> Grummet, Heu.

<sup>††)</sup> Zaun.

construenda talia, non tamen nisi nostro consilio pariter et auxilio mediante; proviso tamen quod edificia sollempnia vel majora non facient nisi de nostro speciali consilio, beneplacito et consensu. Porro addicimus prenotatis, quod decimam de pecudibus seu de pecoribus in ea curti existentibus nobis reservabunt, et nostre cedere debet utilitati. Item si bellum haberent vel inimicicias aliquas per se vel per dominos suos, per que timendum esset curti nostre destructionem seu periculum aliquod imminere, hoc nobis significabunt; et nos curtim ipsam coram adversariis suis protestabimur esse nostram, pro ejus conservatione quantum possumus laborando. Vel quod si curtis eadem ex habitantium in ea negligencia vel casu quoquam alio ignis incendio fuerit devastata, ipsam curtim reedificare merito tenebuntur. Aut si forte per nostram negligenciam quoquomodo fuerit destructa, ipsos ad reedificacionem artare non poterimus nec debemus. Item volumus, quod prefati, C. et H., tempore messis duobus tantum nunciis nostris, sive clericis sive laycis, in dicta curte manentibus expensas honorifice ministrabunt. Item conservabunt et pascent continue quatuor vaccas et totidem porcos pro nobis, sic sane, quod ablato uno pecore reponemus aliud in locum sine mora. Etiam paschali tempore dabunt infirmarie nostre unum porcum valens fertonem denariorum, vel si acceptare voluerimus fertonem: hoc in nostro arbitrio permanebit. Dabunt etiam quadringenta ova nobis tempore jam dicto. Item tenentur dare duos currus oneratos annuatim cum stramentis, unum de silagine, reliquum de stramento avenatico\*), ad opus et utilitatem pecudum nostrorum. Ut autem hec firmiter observentur et omnia fideliter impleantur, Baldevinus de Luzelinden, Heinricus dictus Strubo de Linden, Heydolffus et Heinclo, filius Divitis de Aldendorf, sub pena duodecim marcarum nobis et ecclesie nostre fidejussores seu debitores principales, si nobis C. et H. infringerent in aliquo premissorum, sunt constituti. In quorum omnium testimonium et robor sigillum nostrum una cum sigillo opidanorum in Giezen litteris presentibus duximus appendenda. Et nos scultetus, scabini et opidani in Gyzen recognoscimus, nos sigillum nostri opidi ad rogatum prepositi et conventus, Cunradi et Heinrici predictorum in presentibus litteris appendisse. Datum anno domini 1307 II. kalendas januarii. Testes sunt Gerhardus dictus Sluckere, Heinricus dictus Habeman de Luzelinden, Hermannus Greba de Letgesteren, et alii quam plures fide digni.

Dr. Perg. m. beiden anh. Siegeln in gelbem Wachs.

Das Schiftenberger gut erh., das von Gießen abgegriffen.

---

\*) Je ein Wagen mit Roggen- und Haferstroh.